



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **De Præcellentia Episcopalis Dignitatis**

**Alzedo, Mauricio de**

**Lugduni, 1630**

De Beneficiis. caput 10. [i.e. 9.]

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62394)

## DE BENEFICIIS.

## CAPVT NONVM.



**E**X TAT enim in c. 18. Concil. Trident. sess. 24. cap. 18. decretum singulare, & Ecclesiæ utilissimum: præcipitur enim ibi Episcopis quoddam ante beneficiorum collationem concursus faciant, & nullum admittant nisi prævio examine, ne imperitis & ignavis animarum cura tradatur. Gonzales in reg. 6. cancellaria gloss. 6. alios referens. Constat etiam ex constitutione Pij V. anno de 1567. promulgata. Marzilla super cap. 16. Concilij, lib. 1. tit. 2. de arate & qualitate, fol. 27. Germonius de indultis Cardinal. §. quibusvis, num. 17. Parisius de resignat. lib. 10. quest. 7. num. 12. Garcia de beneficiis cap. 2. num. 154. part. 9. Riccius in praxi resolut. 351. vers. amplia 3. & ampliat. 4. Barbosa part. 3. allegation. 60. num. 15.

**L**imita tamen in collatione parochialium quæ sunt iurispatronatus laicorum, quia non debet intervenire examen per concursus, sed sufficit quoddam deputatus à patronis examinatur ab episcopo, & examinaturibus, & quoddam ab ipsis approbetur. Lelius Zechus de republ. ecclesiast. cap. 28. de parochia, num. 6. fol. mibi 325. Parisius de resignat. lib. 8. quest. 9. num. 111. Lelius de instit. lib. 2. cap. 34. num. 58. & 81. Vgolinus de offic. Episcopi cap. 50. §. 3. vers. 3. Garcia de benefic. d. part. 9. cap. 2. num. 255. Gonzales dict. regul. 8. cancellar. gloss. 6. num. 134. Leo in thesauro

part. 2. cap. 3. num. 39. Barbosa supra num. 18. Caualcamus decis. 17. p. 2. n. 18.

**S**i verò plures sunt presentati requiritur examen per concursus, quod fieri debet inter ipsos presentatos, & qui idoneus repertus fuerit instituetur ab Episcopo. Latè Lara de anniuersariis lib. 2. cap. 10. num. 7. Lelius Zechus de visitatione cap. 3. num. 6. Gonzales supra n. 138. Vgolinus, Barbosa, Riccius & Garcia num. 256. vbi dicit, quoddam sic declarauit sacra Congregatio.

**N**on fit concursus in prouisione parochialium, si interuenit permutatio beneficij simplicis cum beneficio Curato, quia tunc sufficit nouum examen, vt sacra Congregatio declarauit. Garcia part. 9. cap. 2. num. 166. tom. 2. Barbosa in remissionibus ad cap. 13. sess. 7. num. 4. fol. 22.

**E**xaminatur etiam absque concursu prouisus à Papa per resignationem factam ab amico in sui fauorem. Lelius de instit. lib. 2. cap. 34. num. 84. Gutierrez canonicar. lib. 2. cap. 11. num. 10. Barbosa in pastor. p. 3. alleg. 60. n. 21.

**A**b examine ad beneficium Curatum non excusatur, licet qui examinandus est sit Doctor, aut Licentiatus in iure canonico, vel in sacra Theologia persona literata, aut Vicarius generalis Episcopi, Archidiaconus, seu Pœnitentiarius, vt sacra Congregatio declarauit. illis verbis, Doctor siue Licentiatus in Theologia; siue in iure canonico, &

& in publica Vniuersitate graduatus, non excusatur ab examine quando petit prouideri de aliqua Ecclesia parochiali. Parisius *de resignat. lib. 8. quest. 9. num. 83. vsque ad 92.* Gonzales *de mensibus & alternatiuis, gloss. 4. num. 89. vsque ad 92. cum sequentibus.*

7 Et quòd Episcopus in hoc non dispensat Fuscus *de visitatione lib. 2. cap. 5. num. 10.* Cenedo *ad decretales collect. 15. num. 5.* Garcia *de benefic. d. part. 9. cap. 2. num. 102.* Riccius *in praxi resolut. 351. num. 2. & decis. 414. in vers. amplia 2.* multos citat Barbosa *in remiss. ad cap. 18. sess. 24. de reform. & in pastoralis part. 3. dicta alleg. 60. num. 13. & in cap. 13. Concilij Trident. sess. 7. num. 5.* Marcus Antonius Genuensis *in praxi Archiepiscop. curie Neapolitanae cap. 65. num. 1.* Lesius *de iustitia lib. 1. cap. 34. num. 82.* Conuarruias *in reg. peccatum 2. part. §. 3. num. 9.* Molina *de iustit. tom. 1. tract. 2. disp. 81. circa finem. vers. dictum Innocentij.* Zerola *in praxi part. 2. verbo Doctor. §. 1.*

8 Conuersus enim fauetur valde in iure, ita vt Episcopo liceat admittere aliquem ad concursum, non obstante quòd terminus ab eo præfixus sit elapsus, & aduersarius qui comparuerat durante termino contradicat; ita fuit resolutum per Rotam in vna Calaguritan. dimidij beneficij, 22. April. 1602. Riccius *in praxi decis. 423. num. 3.* & ibi ponit causam, quia interest Ecclesiæ, eiusq; fauor est plures oppositores concurrere; & in numero sequenti dicit, quòd idèd in prouisionibus beneficiorum edictum non circumducitur, quemadmodum in iudicialibus, quia expedit Ecclesiæ plures habere consultores. *c. de quibus, distinct. 20. c. ea noscitur, de his que sunt à Prelatis.* Garcia *de benefic.*

*part. 9. cap. 2. num. 206.*

10 Constat etiam eius fauor ex eo, quòd ne concursus seu examen omittatur, permittitur Episcopo nouos examinatores deputare, absque celebratione Synodi, si examinatores à Synodo deputati mortui sunt, aut absentes. Riccius *in praxi decis. 418. in prima edit. & resol. 355. in secunda edit.* Barbosa *in pastoralis p. 3. alleg. 60. n. 50.*

11 Prouisio enim beneficiorum, si ad Episcopum collatio spectat, debet fieri intra sex menses. *c. nulla. c. quia diuersitatem, de concess. prabend. c. licet. c. dilecto. de supplend. negl. Prelator. Clemen. vnic. eodem titulo. Rebuffus titulo de deuolutionibus.* Riccius *in praxi resolut. 184. num. 1.* Garcia *de benefic. part. 10. cap. 2. num. 1.* Barbosa *part. 3. alleg. 58. n. 1.*

12 In prouisione verò parochialium quorum collatio ad Papam, seu ad quoscumque laicos spectat, abbreviatur tempus, & fit prouisio intra quadrimestre, & præuio examine seu concursu eligit Episcopus, & personam electam Papæ significat, quod debet in hunc modum seruare iuxta constitutionem Pij V. de qua Garcia *de benefic. part. 10. cap. 2. num. 3.* Barbosa *n. 3.*

13 Et idèd abbreviatur tempus quoad laicos, & prolongatur quoad Episcopos, quia laici possunt variare nam si Episcopus non confirmauerit ab eis præsentatum, alium deputant, seu præsentant, quod Episcopus seu alius patronus Ecclesiasticus facere non possunt, nisi ius patronatus eis competat, ratione patrimonij, seu ex alia causa, dummodò laicale sit. *c. cum propier. c. dilectus. c. pastoralis. cum similibus de iure patronatus.* Lambertinus *de iure patronat. part. 2. lib. 7.* Gutierrez *de iuram. confirmator. part. 3. c. 13.* Parisius

de resignat. lib. 2. quest. 23. num. 13. Spino in speculo testam. gloss. 4. n. 73. Reginaldus in praxi fori poenitent. lib. 30. tract. 3. num. 223. Garcia part. 5. cap. 9. num. 211. Vgolinus de offic. Episcopi cap. 51. in princ. num. 5. vers. verum cum multis. Barbosa in pastorali p. 3. alleg. 73. n. 151.

14 Et hæc est ratio, quia patronus ecclesiasticus cum de ecclesia sit, & ibi semper præsumatur esse, præsumitur etiam quod bene noscit aptos, & idoneos ad præsentandum, quam laici, qui cum de rebus ac personis ecclesiasticis parum curent, facile decipiuntur circa præsentatos, & sic permittitur eis variare: non verò ecclesiasticis, qui si errant in præsentando, sua culpa & negligentia fit. Barbosa, Spina, & Lambertinus.

15 Currit enim semestrem, vel quadrimestrem à die notitiæ vacationis. c. quia diuersitatem, in fine, & ibi Gloss. de concess. præbend. & Gloss. in d. c. nulla, verbo infra sex menses, eodem titulo c. licet. cum gloss. de supplend. neglig. Prælat. Azor institut. moral. part. 2. lib. 6. cap. 26. quest. 10. Gonzales regul. 8. cancellar. gloss. 6. n. 132. Riccius in praxi resolut. 184. num. 1. & sic decisum fuisse in Rota testatur Barbosa in pastorali part. 3. alleg. 58. num. 5. & in num. 6. dicit, quod ad hoc ut in Episcopo, vel in quolibet patrono præsumatur vacationis scientia, debet considerari vacationis tempus, qualitas beneficii, longitudo ac locorum distantia. Garcia de benefico. part. 10. cap. 2. num. 31.

17 Habita verò vacationis notitia interim dum prouideretur debet Episcopus (licet ad laicos præsentatio pertineat) clericum idoneum constituere, qui in ecclesia parochiali vacante seruiat, deputata

sibi congrua sufficienti ad sustentationem. c. cum vos, de offic. ordinarij. c. quoniam. c. si vero. c. cum propter, de iure patronatus. Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 18. Lambertinus de iure patronatus lib. 2. part. 2. quest. 1. num. 29. alios refert Barbosa part. 3. allegat. 60. num. 1. Azor institut. moral. lib. 6. cap. 8. part. 7. Franciscus Leo in thesauro part. 2. cap. 18. num. 52. Riccius decis. 575. in 1. edit. & resolut. 495. num. 3. in 2. edit. idem Barbosa in part. 3. allegat. 59. num. 24. Lancellottus in templo lib. 2. cap. 5. §. 4. summ. de potent. Episcop. in spiritualibus, num. 18. Marzilla lib. 1. tit. 2. de ætate & qualitate, super cap. 18. Concil. Trident. de reformat. sess. 24. Iacobus de Grassis in decis. p. 2. lib. 2. cap. 26. num. 28.

Potest Episcopus beneficia conferre tam consanguineis idoneis, quam filio legitimo, seu nepoti. c. dilecto 25. in princ. de præbend. & ibi Abbas, Peregrinus consil. 33. num. 30. tom. 1. Valençuela consil. 98. incipit quamuis priorum, num. 16. Abbas consil. 96. vol. 2. Lambertinus de iure patronatus lib. 2. part. 1. quest. 8. art. 12. num. 10. Barbosa in pastorali, part. 3. allegat. 72. num. 94. cum Rocho de Curti, Gonzales in regul. 2. cancellar. §. 4. proæm. num. 47. & 48. Menochius de præsumptionibus lib. 5. præsum. 35. num. 9.

Potest dispensare cum filio suo illegitimo, quoad minores Ordines, & beneficium simplex. Rodriguez tom. 3. de suis obras cap. 38. num. 2. Maiolus de irregul. lib. 1. cap. 12. n. 13. Suarez de censuris, tom. 5. disp. 50. sect. 5. num. 6.

Potest etiam suis familiaribus, & personis sibi gratis beneficia conferre, in gratificationem, & remunerationem seruitiorum, dummodò pactum super hoc non interuenia

ueniat: vt singulariter norauit Gloss. in c. cum essent. 12. verbo promiserat, de simonia, ibi, potest ergo licitè quilibet seruire Episcopo, vel alij, spe futuræ remunerationis, nec simonia committitur in tali spe, cum sine omni pactione & conditione seruiat: dummodò principaliter hac intentione non seruiat, nec Episcopus directè pro hoc seruitio ei prouidere in beneficio intendat. Et ibi nota Marginalis, Abbas, Felinus, Antonius de Butrio, & cæteri Scribentes, cum aliis Gonzales *vbi proxime n. 51. & 52.*

20 Non potest Episcopus suis consanguineis seu familiaribus beneficia vacantia per resignationem, nam licet beneficiorum resignationes admittere possit, Azor *institutione moralium part. 2. lib. 7. cap. 29. quest. 10.* Barbosa *in pastorali part. 3. allegat. 69. num. 23* dummodò causa iusta sit, & resignet vnde vivere habeat, & cum non sit in fauorem tertij. Neque conferantur resignatorum consanguineis seu familiaribus, aut consanguineis seu familiaribus Episcopi admittentis, sub pœna suspensionis à collatione, electione, institutione ve beneficiorum, donec absoluantur à Papa, licet se ignorasse has pœnas dicant; colligitur ex motu proprio Pij V. Gutierrez *consil. 42. per totum, præcipuè num. 9.* Vgolinus *de offic. Episcop. §. 28. num. 5. in fine* Barbosa *suprà num. 49.* Garcia *de benefic. part. 11. cap. 3. num. 271.* Parisius *de resignat. lib. 5. quest. 6. n. 222.*

21 Sed licet resignationem in fauorem tertij admittere nequeat, poterit episcopus dimissione beneficij iam facta, sine vllò pacto aut conuentione conferre beneficium ad preces ipsius renunciantis, in quo non peccant neque Episcopus

neque renuncians, cum libera sit apud Episcopum eligendi potestas, seu conferendi, quæ nullo modo per renunciantis preces restringitur, & in motu proprio preces, pactum, seu conuentiones factæ ante renuntiationem prohibentur, non verò intercessio post interueniens, quæ nihil aut parùm operabuntur si Episcopo non placuerit. Barbosa *dict. alleg. 69. num. 50.* vbi citat Prosperum de Augustino.

Potest etiam admittere resignationem eorum qui matrimonium contrahere, seu religionem ingredi intentant: sed non debet conferre beneficium, donec solemniter profiteantur, vel matrimonium de presenti contrahant. Barbosa *n. 43. & part. 3. allegat. 99. num. 19. vsque ad 21.* Garcia *de benefic. part. 11. cap. 9. num. 12. & 13.* Rodriguez *tom. 3. de suis obras cap. 35. num. 11.*

Interim verò poterit prouidere de Capellano Ecclesiæ vacanti, & illi deputare congrua ad sustentationem: fructus verò remanentes nouitio applicari debent, quia ad eum pertinent. Rodriguez.

Non potest admittere in curia Papæ resignationes beneficiorum, licet qui resignant subditi sint. Rodriguez *suprà num. 5. c. licet Ecclesiarum, de præbend. lib. 6. & ibi Geminianus, Couarruias variar. lib. 3. cap. 20. num. 8. & 9.* Parisius *lib. 7. quest. 14. num. 23.* Barbosa *part. 3. allegat. 69. num. 22.* vbi ponit pro cautela, quòd si vult admittere resignationes, exeat à curia, & ibi admittat ac conferat, & postea redeat.

Neque potest beneficia in curia Papæ vacantia prouidere. *d. c. licet 2. de præbend. lib. 6. & ibi Geminian. & Scribent. Lara de anniuersar. & capellan. lib. 2. cap. 10. num. 12.* Rebuffus

*in praxi titulo de forma mandati Apostolici, fol. mihi 732. Garcia de benefic. part. cap. 11. num. 68. Text. singularis in Clement. si duobus 1. ut lite non contestat. & ibi Cardin. Barbosa in pastorali, part. 3. allegat. 57. num. 19. Parisius de resignat. lib. 2. quest. 16. num. 18. Anastasius, Germonius de indulgiis Cardinal. §. qua sublati. n. 34. Vgolinus de offic. Episcop. cap. 50. §. 2. num. 2. Lancellottus in templo lib. 2. cap. 5. §. 4. n. 23. Cardinalis Tuschus litera E. conclus. 263. num. 8. Franciscus de Pauinis de officio Capituli sede vacante, quest. 1. secunda partis, n. 6. Gambarus de off. Legati, lib. 4. n. 612. fol. 92. Hippolytus de Marsilis in l. final. ff. de iurisd. omn. iudic. num. 8. Valençuela conf. 57. incipit pro Domino Ferdinando, n. 2. & 4.*

27 Sed fallit quando beneficia curata vacant in curia, sede Papali vacante, seu antea, & tempore vacationis non inueniantur collata, quia tunc ob animarum salutem, ne animarum cura tamdiu inpendenti sit, permittitur episcopo tum conferre beneficia, siue Episcopus in propria Dicecesi sit, siue in aliena, vel in curia Papæ, c. si Apostolica sedes 35. de prebend. lib. 6. & ibi Geminianus, Lara de annuversariis lib. 2. cap. 10. num. 8. & 9. Vgolinus, Barbosa supra. Rebuffus in praxi titulo de nominatione quest. 15. num. 28. vers. secundo fallit. Gonzales in reg. cancell. §. 5. proœm. num. 125. cum sequentibus, & Gloss. 24. num. 117. & 117. Paulus Æmilius decisione 86.

28 Et hæc est ratio, quia Episcopo de iure communi pertinet prouisio Ecclesiarum, & beneficiorum suæ Dicecesis, in quo habet fundatam intentionem. c. ordinarij 3. de off. ordinarij lib. 6. Diaz de Luco regul. 24. ubi ponit aliquas limitationes, & cum

29

Apostolica sedes vacat, cessant omnia impedimenta & obstacula, ac etiam reservationes, ex quo dirigitur beneficiorum curatorum prouisio ad ius commune, hoc est, ad Episcopum, eo quod tunc omnes menses dicuntur Ordinariorum. Gonzales in reg. 8. cancell. de mens. & alternat. §. 5. num. 46. vsque ad 50.

Et ita verum est habere intentionem fundatam de iure communi in prouisione beneficiorum de Dicecesi, quod numquam ea priuari censentur nisi expressè exprimat. c. 1. de off. Legati, lib. 6. & idè si Cardinali indultum detur ad conferenda beneficia in aliqua Dicecesi vacante, non poterit virtute talis indulti conferre beneficia, quorum prouisio ad Episcopum spectat, ne illi fiat præiudicium in his quæ sibi competunt de iure communi. Gloss. in d. c. 1. de off. Legati, lib. 6. verbo ampliori. Alexander Ludouisius, postea Papa, decis. 291. incipit, deferente, n. 7. fol. 310.

Quando Episcopus beneficium confert in quo præuentio locum habet, seu timet, quod ne Legatus, Cardinalis, Nuncius Apostolicus, seu Papa, de illo per regulam præuentiois collationem faciat, & ne sua collatio inutilis reddatur, debet facere prouisionem per instrumentum celebratum coram Notario & testibus subscriptibus ibi: nam non sufficit sola episcopi subscriptio, & sui Secretarij (si non est Notarius,) quando agitur contra prouisum Apostolicum: quia timetur ne fraus interueniat in anticipanda data. Gonzales in reg. 8. cancell. §. 3. proœm. n. 147. vsque ad 172.

Non potest episcopus imponere pensionem in beneficio, ne collatio inutilis

30

31

32

inutilis reddatur. c. 1. vt Ecclesiast. beneficia sine l. 5. tit. 16. part. 1. Antonius de Padilla in l. si illud. §. si de falcidia. num. 22. ff. de legatis 2. Molina de Hispaniar. primogenit. lib. 2. cap. 4. num. 21.

33 Neque potest dispensare cum minore decimum tertium annum non habente, ad obtinendum beneficiū simplex, requiritur enim quòd decimum quartum annum attingat, licet non sit impletus. Henriquez in summ. lib. 10. cap. 19. §. 2. Riccius in collatione ad decis. part. 4. collat. 860. & in praxi fori Ecclesiast. resolut. 325. num. 3. Azor instit. moralium part. 2. lib. 6. cap. 5. quæst. 7. in fine. Barbosa in pastorali, part. 3. allegat. 60. num. 75. cum sequenti. Gonzales in regula 8. cancellar. gloss. 5. in princ. num. 90. multos citat ipse Barbosa in remiss. ad c. 6. Concil. sess. 23. de reform. num. 1. fol. 63.

34 Potest conferre Dignitatem, seu Canonicatum Ecclesiæ collegiatæ habentibus decimum septimum annum. Riccius in praxi decis. 735. in 1. edition. & resolut. 512. in secunda, num. 3. Barbosa in pastor. part. 3. alleg. 60. num. 66.

35 Ad canonicatum seu dignitatem in Ecclesia cathedrali requiritur habere vigesimum secundum annum, in quo non dispensat episcopus. Emanuel Sa verbo beneficium, num. 31. Azor institut. moral. part. 2. lib. 2. cap. 5. quæst. 3. ante finem. Barbosa ubi proxime.

36 Non potest dispensare cum filiis Sacerdotum, vt ea beneficia immediatè obtineant, quæ patres habuerunt, vel in illa ecclesia. c. presentium, & ibi Gloss. verbo patriaris. c. conquereute. c. ex tua nobis. c. quoniam. c. ad extirpandas. c. Michael. c. cum decorem. c. ad abolendam. c. dilectus, de filiis Presbyteror. Mandosius signatur.

gratia, titulo de disp. ad beneficia in Ecclesia in qua Pater. Barbosa p. 3. allegat. 65. n. 30. fol. 342.

37 Non potest dispensare cum Parocho, ad hoc vt se absentare possit vltra bimestre, etiamsi interueniat causa studiorum, vel legendi cathedram, licet alius idoneus non inueniatur, vel exercendi officium Inquisitoris, vel Collectoris Apostolici, vt Congregatio declarauit anno de 1590. die 22. Februarij, super c. 1. Concil. de reformat. sess. 6. Argumento textus in c. 1. de off. Vicarij. Barbosa in remiss. ad c. 1. sess. 23. de reformat. num. 3. vsque ad 5. alios citans, & in pastorali part. 3. cap. 2. num. 81. Leo in thesauro part. 3. cap. 2. num. 9. cum sequentibus. Riccius in praxi decis. 364. num. 2. & decis. 502. Gonzales in regula 8. cancellar. gloss. 6. num. 251. & 254. & 265. & 266.

38 Et quando procedit aduersus Parochos non residentes, tenetur seruare eadem temporum interualla, quæ contra episcopos non residentes Concil. Trident. statuit. Garcia num. 32. & Barbosa allegat. 53. num. 104.

39 Dispensare potest Episcopus vt suæ Ecclesiæ canonici abesse possint per quatuor menses, si causa legitima adest. Barbosa in remiss. ad c. 1. sess. 23. num. 10. & ibi citat Dom. Comitolum Responsorum moralium lib. 1. quæst. 59. num. 2.

40 Requiritur licentia episcopi ad hoc, vt Canonici abesse possint per tres menses. Barbosa d. allegat. 53. num. 113. Garcia d. c. 2. num. 408.

41 Sed contrarium tenet Marzilla lib. 1. cap. 15. litera T. tit. 9. fol. 135. inquiring, non teneri requirere licentiam episcopi, sed quòd in casu quo omnes capitulares, seu maior pars canonicorum abesse velint, tunc episcopus debet declarare suum

- suum arbitrium, & deputare qui tunc debeant abesse, & qui remanere in Ecclesia pro seruitio, ne debito seruitio careat: vt Congregatio declarauit *super cap. 12. de reform. in communi sess. 24.* teste Marzila *supra.*
- 42 Relinquitur tamen Episcopi arbitrio deputare quo tempore, & hora, & de qua materia Canonice Theologalis lecturus sit. Barbofa in *pastorali part. 3. alleg. 56. n. 6.*
- 43 Non potest Episcopus cogere obtinentes beneficia simplicia ad exhibendum aliquod personale seruitium, quia ex antiquissima consuetudine Ecclesie non tenentur nisi ad officium recitandum, & ad inferuendum per alios ab Episcopo approbatos. Barbofa *alleg. 53. num. 179.* Garcia *de benefic. cap. 2. p. 3. num. 9.*
- 44 Non potest Episcopus in sua Ecclesia creare dignitatem Cardinalitiam sine Papae licetia. Andreas Siculus *de praestantia Card. p. 1. basil. 1. num. 25.* Tufchus *liter. C. verbo Cardinali. conclus. 95. num. 5.* Lancellottus *in templo lib. 2. cap. 1. §. 4. num. 23.* Rodeanus *part. 1. cap. 22. tit. de simonia num. 1. fol. mihi 72.*
- 45 Quas praebendas creare, & quas suprimere de consensu Capituli possit, & quando & quomodo, Barbofa cum aliis *part. 3. alleg. 67. num. 9.*
- 46 Quas donationes, & alienationes de bonis Ecclesie facere possit. Rodeanus *de rebus Ecclesia non alienandis tom. 1. per totum.* Calderinus *consil. 1. de his quae sunt à Pralato sine consensu Capituli, fol. 30.* latè Barbofa *in pastorali part. 3. alleg. 95. per totum.* vbi alios citat: vide etiam Crescentium *in decis. Rota decis. 1. alleg. 81. tit. de iureiurando fol. mihi 62.* Mandosius *signat. grat. tit. locadi indultum, fol. 105. a. 2. & 5. & tit. 1. de donationibus.*
- Potest etiam vt Apostolica sedis delegatus, si sibi necessarium visum fuerit, ob locorum distantiam, & ob magnam longitudinem, & incommoda erigere nouas parochias, etiam contradicentibus rectoribus alterius parochiae, & assignare nouiter constitutis congruam sustentationem ex fructibus Ecclesie matricis. Concil. Trident. *de reformat. sess. 21. cap. 4. vers. in his. c. ad audientiam 1. c. tua nos. cum gloss. verbo indigenti, de Ecclesis edificand. vel reparandis. c. precipim. 16. quest. 1.* Mandosius *signatur. grat. tit. erectiones.* Azor *instituit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 12. §. 7.* Rebuffus *in tract. de decimis. Leo in thesaur. part. 2. cap. 2. num. 68.* Riccius *in praxi decis. 554. in 1. edit. & resolut. 476. in 2. edit.* Barbofa *in pastorali part. 3. allegat. 68. num. 1.* & ibi citat Matthæum Suarez *in pract. de ordine visitandi cap. 4. num. 1.*
- Potest etiam ex legitimis causis vnire beneficia suae Diocesis, sicut vnire, de excessibus Pralator. c. exposuisti, de praebend. & dignitat. c. consultationibus. c. pastorali, de donationibus. Clementina prima. §. ad haec, de statu Monachorum. Fuscus *de visitatione lib. 2. cap. 2. num. 19.* Azor *instituit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 28.* habetur etiam in decisionibus Rotae in nouissimis diuersor. auditor. part. 2. decis. 133. per totam, fol. 669. Federicus de Senis *quest. 111. num. 8. fol. 58.* Garcia *de benefic. part. 1. cap. 2. num. 62.* Barbofa *in pastorali part. 3. allegat. 66. num. 3.* Ioannes Baptista, Cacialupi *de vnionibus num. 22.* Thomas Zerola *in praxi verbo vnio, part. 1. & part. 2. eodem verbo.* Vgolinus *de off. Episcop. part. 2. cap. 52.*
- Potest etiam erigere Seminarium in sua Diocesi, cuius erectio valdè necessaria, vt ibi adolecentes piè & Christianè alantur, iuxta formam

formam traditam in cap. 18. Concil. Trident. sess. 23. de reformat. Riccius in praxi decis. 489. num. 1. in prima editione & resul. 380. in 2. editione. Fuscus de visitatione lib. 1. cap. 16. num. 8. Gonzales in regula 8. cancell. gloss. 5. §. 7. num. 68. Barbosa in pastor. part. 3. alleg. 77. num. 1.

50

Sed licet ibi insinuet Concilium in cap. 18. sess. 23. debere Episcopum in erectione Seminarij procedere cum consilio duorum Canonico- rum seniorum, & grauiorum, quos

ipse elegerit, prout Spiritus sanctus suggeret, licet eorum consilium requirere teneatur; non tamen obligatur consilium eorum sequi, vt sacra Congregatio declarauit illis verbis: Episcopus tenetur explorare consilium à prædictis deputatis, non tamen tenetur eorum sequi consilium. Gonzales in regular. 8. cancellaria, glossa 46. num. 74. Barbosa supra num. 32. & in remiss. ad cap. 18. Concil. sess. 23. folio mihi 72.

## F I N I S.

Deo optimo maximo honor & gloria  
per sempiterna sæcula, Amen.

